Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift



148

sydonie ad mulierem uiduam. Et multi
leprosi erant in israhel sub heliseo ꝓpheta.
et nemo eorum mundatus est nisi naaman
syrus. Et repleti sunt omnes in synagoga
ira hec audientes; et surrexerunt et eiecerunt
illum extra ciuitatem. et duxerunt illum
usq ad supercilium montis super quem ciui
tas illorum erat aedificata ut precipitarent
eum. Ipse autem transiens per medium illorum
ibat. Et descendit in capharnaum inci
uitatem galilee. ibique docebat illos in sab
batis. Et stupebant in doctrina eius. quia
in potestate erat sermo ipsius. Et in syna
goga erat homo habens demonium im
mundum. et exclamauit uoce magna di
cens. Sine. quid nobis et tibi iesu nazarene.

L. xxiiii. T. V. M. xii.
L. xxx. x. id.
L. xxiiii. T. II. M. L. xii. R. M. xiii.
L. xxv. R. V. M. xiiii.